

## Chapelle de la Ville au Fourrier. Août 1265

### Le texte

*Selon l'usage de la « diplomatique », on a respecté strictement la graphie du texte, en développant les abréviations, mais sans rétablir l'orthographe du latin classique. Respecter le texte brut permet d'ailleurs de conserver d'éventuels rapprochements ou glissements sémantiques dus à des confusions graphiques, et aussi de situer le texte dans l'histoire du latin médiéval...*

Universis presentes litteras inspecturis et audituris, pro divina permissione tunc temporis humilis abbas sanctae Trinitatis de Malleonio totiusque eiusdem loci conventus salutem in domino sempiternam. Noveritis quod cum contentio seu controversia verteretur inter nos et priorem nostrum de Vernolio ex una parte et dominum Gaufridum Forrarium militem dominum ville Forrarii ex altera, super reedificatione capelle et domus capelle de villa Forrarii pertinentis ad dictam capellam et etiam super provisione ornamentorum neccessariorum et competentium predictae capelle, ad que omnia facienda dicebamus predictum militem eiusque heredes seu successores teneri, dicto milite hoc negante et contrarium asserente nos successoresque nostros qui pro tempore fuerint ad omnia supradicta teneri, et cum etiam contentio verteretur inter nos et dictum militem super multis aliis articulis ; tandem de bonorum virorum consilio inter nos et dictum militem intercessit amicabile compositio in hunc modum : tenetur siquidem dictus miles videlicet dominus ville Forrarii eiusque heredes seu successores qui pro tempore fuerint et nunc et in perpetuum dicte capelle de luminari et ornamentis neccessariis et competentibus ad celebrandum in prefata capella divinum officium providere. Si autem dictam capellam aliquo casu corruere seu deteriorari contigerit idem miles et eius heredes ipsam propriis sumptibus restaurabunt. Tali conditione apposita, quod prior de Vernolio, quicumque pro tempore fuerit in dicta capella per unum de consociis suis cum quodam clerico singulis diebus exceptis die parasceves et vigilia pasche propriis sumptibus faciet in perpetuum deserviri. Celebrabit etiam dictus consocius die penthecostes et in sollempnitate omnium sanctorum et in nativitate Domini et in festo beati Vincentii et in resurrectione Domini quolibet anno in dicta capella. Ita tamen quod dicta die resurrectionis dominice preter familiam domini predicti videlicet ville Forrarii qui pro tempore fuerit et preter alios qui ob reverentiam dominice resurrectionis dicta die a dicto domino fuerint invitati, nullus alius sive alia in dicta capella ad divinum officium admittetur. Tenetur etiam dictus prior de Vernolio mittere dictum consocium ad predictam capellam de villa Forrarii a prima dominica quadragesime usque ad festum beati Michaelis qui in dicta capella tempore competenti singulis diebus horas canonicas et completorium statim post vespervas celebrabit. A festo vero beati Michaelis usque ad primam dominicam quadragesime in sabbatis et in diebus dominicis et in festis novem lectionum tam in vigiliis quam in dictis festis in quibus consueverunt in ecclesia de Vernolio novem legere lectiones et facere per parochiam, a mundanis operibus observari. Tenetur dictus prior per se vel per constitutum suum vespervas in dicta capella et completorium dicere ita tempestive quod ante noctis tenebras prossit apud Vernolium remeare. Tenetur nihilominus dictus prior per se vel per constitutum suum in dicta capella horas canonicas dicere, tamen si a domino

vel a domina fuerit requisitus, et tribus noctibus ante resurrectionem Domini quolibet anno in dicta capella in sero tenebrarum officium celebrare et vigiliis festorum istorum, videlicet nativitatem beati Johannis Baptiste et apostolorum Petri et Pauli et assumptionis beate Virginis Marie et qualibet die dominica tenetur dictus prior qui pro tempore fuerit, per se vel per constitutum suum ad celebrandam missam praedictis domino et domina de villa Forrarii et eis qui ad dictam capellam audituri missam accesserint, festa indicare, et etiam memoriam omnium fidelium defunctorum facere et in illa memoria parentes et amicos defunctos et antecessores dicti domini de villa Forrarii specialiter et proprie memorare. Si vero domina que pro tempore fuerit in villa Forrarii in dicta capella de villa Forrarii ad purificationem recipi voluerit, ibidem benigne et pacifice admittetur. Conditum est etiam inter partes quod omnia ad dictam capellam ex dono predecessorum dicti domini contingentia remanent queta et libera dicto priori et suis successoribus adimplentibus antedicta ; excepta tamen domo capellanie predictae que dicto milite et suis heredibus libere et quiete in perpetuum remanebit, et excepta justitia ad vigeriam dicti domini pertinente.

Preterea noverint universi quod cum prior de Vernolio haberet et perciperet super molendinum dicti domini ville Forrarii unum modium bladi annui redditus scilicet octo sextaria<sup>1</sup> moturengie<sup>2</sup> et quatuor sextaria frumenti, dictus prior medietatem dicti modii bladi dicto domino ville Forrarii et eius heredibus quitavit penitus et remisit ratione permutationis pro quadam domo cum pertinentiis suis sita in quadruvio apud Vernolium in feodo dicti domini ville Forrarii, quam domum cum pertinentiis suis dictus dominus ville Forrarii tradidit dicto priori et suis successoribus pro dicta medietate dicti modii bladi tenendam, explectandam et in perpetuum quiete et pacifice possidendam, quam domum cum pertinentiis dictus miles et heredes sui tenentur dicto priori et suis successoribus de omnibus controversiis defendere et garire. Ita tamen, quod dictus prior qui pro tempore fuerit tenetur in perpetuum reddere dicto militi et eius heredibus duos solidos monete currentis annui census in festo beati Nicholai hyemalis. Tenetur etiam dictus miles eiusque heredes dicto priori et suis successoribus seu mansionario suo tradere mensuram sine

---

1 Normalement plutôt « sextarios », pluriel de « sextarius », mais plus bas, l. 27, « tria » (et non « tres ») appelle nécessairement un nom neutre pluriel ; la moitié restante du muid en question sera payable à 2 échéances de trois setiers chacune

2 DU CANGE, et al., *Glossarium mediæ et infimæ latinitatis*. Niort : L. Favre, 1883-1887 donne les variantes (soulignées = article propre) moduranchia « modurenche », mousdurachia « mousterange » & « mousturenche », « mousturenge », mosturangia, mousturagia, mousturangia (mouturangia) (*Variæ molituræ miscellum frumentum, seu bladum, quod a molitoribus ex frumento, quod ad molendinum defertur, pensitatur : ex Gallico Mousture, Mousturage*), mouturengia, multurangia. *Le Robert* en ligne donne accès au *Dictionnaire universel* de Furetière (1690) : « MOUTURE, est aussi un meslange de grains, ou de farine de plusieurs sortes de grains, tels qu'on les mout au moulin. Les moulins s'afferment à tant de Septiers de bled, d'orge & de *mouture*. » Notre « moturengia », exactement, se trouve (ainsi que « modurangia ») dans le cartulaire de l'abbaye Notre-Dame de la Merci-Dieu, à la Roche-Posay, assez peu éloignée, de l'autre côté de la Loire (Gallica)

denar<is><sup>3</sup> et sine aliqua exactione, quotienscumque voluerit vinum vendere in dicta domo, quam etiam domum cum pertinentiis suis dictus dominus emit a quodam homine qui vocabatur Perellus, tunc temporis homo suus. Aliam vero medietatem dicti modii bladi sitam super molendinum de villa Forrarii tenetur dictus dominus ville Forrarii eiusque heredes singulis annis predicto priori de Vernolio et suis successoribus reddere sine aliqua contradictione, scilicet tria sextaria in festo omnium sanctorum et alia tria sextaria in pascha Domini. In quolibet etiam festo unum frumenti et duo moturengiae. Hec omnia supradicta voluit et concessit antedictus miles pro se et heredibus suis bona fide, quod prior de Vernolio quicumque pro tempore fuerit habeat teneat explectet et prorsideat perpetua libertate excepta tamen iustitia ad vigeriam pertinente. Insuper dictus dominus ville Forrarii pro se et heredibus suis quitavit omnino et remisit priori de Vernolio et suis successoribus duas liberas et dimidiam cere annui redditus quas prior de Vernolio tenebatur reddere singulis annis dicto domino ville Forrarii et eius heredibus in festo Nativitatis beate Marie virginis pro quadam pecia terre que vocatur pratum Naau in feodo Odonis Botart militis in parochia de Vernantes. In quarum rerum omnium testimonium pariter et munimen<sup>4</sup>. Nos prefati abbas et conventus presentes literas sigill< is> no<st>r<is><sup>5</sup> duximus roborandas. Actum publice et datum ab incarnatione Domini anno millesimo ducentesimo sexagesimo quinto mense augusti.

---

3 Abréviation pas tout à fait explicite : très probablement « sine denario » ou « sine denariis » = « sans argent »

4 On lit ainsi, il n'y a pas de signe d'abréviation, les 2 formes « munimen » et « munimentum » coexistent ; le sens de « protection, garantie » n'est pas loin de « témoignage », on pourrait vouloir une forme courte proche de « monimentum » (doublet attesté de « monumentum ») au sens de « souvenir » et non de « protection », mais un tel « monimen » n'est pas attesté

5 Les abréviations sont elliptiques : rien pour « sigill- » et seulement « nr » ensuite, qui conviendrait mieux pour « noster » que pour « nostris », sans doute parce qu'il n'y pas d'équivoque (les 2 sceaux pendaient de l'acte) ou par négligence / paresse en fin de rédaction

## *Traduction*

A tous ceux qui la présente lettre verront ou entendront, salut éternel dans le Seigneur de la part de l'alors humble abbé, par la permission de Dieu, de la Sainte Trinité de Mauléon, et de toute la communauté de ce même lieu.

Sachez que, alors qu'il y avait un litige ou une dispute entre nous et notre prieur de Vernuil, d'une part, et le seigneur Geoffroy le Fourrier chevalier, seigneur de la Ville au Fourrier, d'autre part, sur la reconstruction de la chapelle, et de la maison de la chapelle de la Ville au Fourrier appartenant à ladite chapelle, et aussi sur la fourniture des ornements nécessaires et convenables de ladite chapelle ; et que nous disions que ledit chevalier et ses héritiers ou successeurs étaient tenus de faire toutes ces choses ; et que ledit chevalier niait cela et affirmait au contraire que c'était nous, et nos successeurs qui viendront à l'avenir, qui étions tenus de toutes lesdites choses ; et qu'aussi le litige entre nous et ledit chevalier portait sur de nombreux autres éléments ; finalement, sur l'avis d'hommes bons, un arrangement à l'amiable entre nous et ledit chevalier est intervenu de la manière suivante : à savoir que ledit chevalier ou seigneur de la Ville au Fourrier, et ses héritiers ou successeurs qui viendront à l'avenir, sont tenus de fournir maintenant et pour toujours à ladite chapelle l'éclairage et les ornements nécessaires et convenables pour célébrer l'office divin dans ladite chapelle. Et si ladite chapelle venait à être détruite ou abîmée, le même chevalier et ses héritiers la restaureront à leurs frais. A été ajoutée la clause que le prieur de Vernuil, quel qu'il soit à l'avenir, fera desservir perpétuellement ladite chapelle à ses frais par l'un des ses confrères assisté d'un clerc, chaque jour sauf le Vendredi Saint et la veille de Pâques. Ledit confrère célébrera également au jour de la Pentecôte, à la solennité de Toussaint, à la Nativité du Seigneur, à la fête du bienheureux Vincent et à la Résurrection de Seigneur chaque année dans ladite chapelle. Etant précisé cependant que ledit jour de la Résurrection du Seigneur, ne sera admis à l'office divin dans ladite chapelle aucun ou aucune autre que la famille dudit seigneur de la Ville au Fourrier qui viendra à l'avenir, et d'autres personnes qui auraient été invitées par ledit seigneur ce jour-là par dévotion envers la Résurrection du Seigneur. Ledit prieur de Vernuil est tenu du premier dimanche de Carême jusqu'à la fête du bienheureux Michel d'envoyer à ladite chapelle de la Ville au Fourrier ledit confrère qui célébrera chaque jour dans ladite chapelle, en fonction du temps liturgique, les heures canoniques et les complies juste après les vêpres ; mais de la fête du bienheureux Michel jusqu'au premier dimanche de Carême, les samedis, dimanches et aux fêtes à neuf lectures, tant aux vigiles qu'auxdites fêtes pour lesquelles il est d'usage de lire neuf lectures dans l'église de Vernuil et de faire s'abstenir la paroisse des travaux profanes. Ledit prieur est tenu de dire, de lui-même ou par son représentant, les vêpres et les complies dans ladite chapelle selon un emploi du temps qui lui permette de rentrer à Vernuil avant l'obscurité de la nuit. Néanmoins ledit prieur est tenu de dire, de lui-même ou par son représentant, les heures canoniques dans ladite chapelle, mais aussi, s'il en est requis par le seigneur ou la dame, de célébrer chaque année les trois nuits avant la Résurrection du Seigneur l'office au soir des Ténèbres, et les vigiles des fêtes suivantes, à savoir : la Nativité du bienheureux Jean-Baptiste, les apôtres Pierre et Paul, et l'Assomption de la bienheureuse Vierge Marie. Et chaque dimanche, ledit prieur qui sera à l'avenir est tenu, de lui-même ou par son représentant, de célébrer la messe pour lesdits seigneur et dame de la Ville au Fourrier et pour ceux qui seront venus à ladite chapelle entendre la messe, de marquer les fêtes, et aussi de commémorer tous les fidèles défunts et, à l'occasion de cette mémoire, de mentionner spécialement et explicitement les parents et amis défunts et les ancêtres dudit seigneur de la Ville au Fourrier. Et si la dame qui sera à l'avenir à la Ville au Fourrier désire être accueillie dans ladite chapelle de la Ville au Fourrier pour la purification, elle y sera admise avec bonté et dans la paix. Il est convenu également entre les parties que tout ce qui appartient à ladite chapelle en vertu de la donation des prédécesseurs dudit seigneur reste, dans le calme et la liberté, en possession dudit prieur et ses successeurs qui exécutent ce qui vient d'être dit ; exceptés cependant la maison de ladite chapellenie qui

restera à perpétuité, dans la liberté et le calme, en possession dudit chevalier et ses héritiers, et le droit de justice appartenant à la viguerie<sup>6</sup> dudit seigneur.

En outre que tous sachent que, alors que le prieur de Vernuil avait et percevait sur le moulin dudit seigneur de la Ville au Fourrier un muid de blé de revenu annuel, à savoir huit setiers de mouture et quatre setiers de froment, ledit prieur a cédé définitivement la moitié dudit muid de blé audit seigneur de la Ville au Fourrier et à ses héritiers et l'a remise en échange d'une certaine maison avec ses dépendances située dans un carrefour près de Vernuil dans le fief dudit seigneur de la Ville au Fourrier, laquelle maison avec ses dépendances ledit seigneur de la Ville au Fourrier a remise audit prieur et ses successeurs, en échange de ladite moitié dudit muid, pour la détenir, en profiter et la posséder à perpétuité dans la tranquillité et la paix ; laquelle maison avec ses dépendances, ledit chevalier et ses héritiers sont tenus de défendre et de garantir<sup>7</sup> audit prieur et ses successeurs de toutes controverses. De sorte néanmoins que ledit prieur qui sera à l'avenir est tenu à perpétuité de verser audit chevalier et à ses héritiers deux sous de monnaie courante comme cens annuel à la fête du bienheureux Nicolas d'hiver. Ledit chevalier et ses héritiers sont également tenus de remettre audit prieur, à ses successeurs ou à son gardien<sup>8</sup>, une mesure, sans espèces<sup>9</sup> et sans aucune manœuvre, chaque fois qu'il voudra vendre du vin dans ladite maison, laquelle maison avec ses dépendances a été achetée par ledit seigneur à un certain homme du nom de Pereau, qui était à l'époque son vassal. Mais l'autre moitié dudit muid de blé établie sur le moulin de la Ville au Fourrier, ledit seigneur de la Ville au Fourrier est tenu, ainsi que ses successeurs, de la payer chaque année audit prieur de Vernuil et à ses successeurs sans aucune contestation, c'est-à-dire trois setiers à la fête de Toussaint et trois autres setiers à la Pâques du Seigneur, et à chaque fête un de froment et deux de mouture. Tout cela, ledit chevalier a consenti et accordé de bonne foi, pour lui et ses héritiers, que le prieur de Vernuil, quel qu'il soit à l'avenir, l'aie, le détienne, en profite et le possède librement à perpétuité, à l'exception toutefois du droit de justice lié à sa viguerie. De plus ledit seigneur de la Ville au Fourrier pour lui-même et ses héritiers a renoncé complètement et remis au prieur de Vernuil et à ses successeurs deux livres et demie de cire de revenu annuel que le prieur de Vernuil était tenu de payer chaque année audit seigneur de la Ville au Fourrier et à ses héritiers, à la fête de la Nativité de la bienheureuse Vierge Marie, pour une certaine pièce de terre appelé pré de « Naau » dans le fief du chevalier Odon Botart dans la paroisse de Vernantes. En témoignage et garantie de tout cela, nous, lesdits abbé et couvent, avons fait confirmer la présente lettre de nos sceaux. Fait publiquement et donné l'an 1265 de l'incarnation du Seigneur, au mois d'août.

---

6 « viguerie » : juridiction seigneuriale d'un « vig(u)ier » = vicaire d'un comte ou autre autorité ayant droit de justice sur ses terres ; forme « vigerie » attestée dans le Nord de l'Aquitaine : toponymes en Charente, Corrèze, Indre et Vienne (Wikipedia)

7 Etymologie de «guérir» : (*XIe siècle*) *guarir*, d'abord au sens de « protéger, garantir » (Wiktionary)

8 « mansionarius » : d'après Du Cange, clerc chargé de la garde d'une église, avec des fonctions proches de portier ou sacristain ; ici peut-être sens encore plus simple de «garde» de la maison (< *mansio*, implicitement présent même si rendu en latin par *domus*) en question

9 « sans argent » (cf. supra) ; sans doute : sans qu'on cherche à dédommager financièrement au lieu de fournir en nature la « mesure » de vin requise

*Pour mémoire, les modifications apportées à la transcription originelle :*

Universis presentes litteras inspecturis et audituris, pro divina permissione tunc temporis humilis abbas sanctae Trinitatis de Malleonio totiusque eiusdem loci conventus salutem in domino sempiternam. No-<sup>[2]</sup>veritis quod cum contentio seu controversia verteretur inter nos et priorem nostrum de Vernolio ex una parte de et dominum Gaufridum Forrarium militem dominum ville Forrarii ex altera, super reedificatione capelle et domus capelle de villa Forra-<sup>[3]</sup>rii pertinentis ad dictam capellam et etiam super provisione ornamentorum necessariorum et competentium predictae capelle, ad quae omnia facienda dicebamus predictum militem eiusque heredes seu successores teneri, dicto milite <sup>[4]</sup> hoc negante et contrarium asserentes nos successoresque nostros qui pro tempore fuerint ad omnia supradicta teneri, et cum etiam contentio verteretur inter nos et dictum militem super multis aliis articulis ; tandem de <sup>[5]</sup> bonorum virorum consilio inter nos et dictum militem intercessit amicabile compositio in hunc modum : tenetur siquidem dictus miles videlicet dominus ville Forrarii eiusque heredes seu successores qui pro tempore fuerint et <sup>[6]</sup> nunc et in perpetuum dicte capelle de luminari et ornamentis necessariis et competentibus ad celebrandum in prefata capella divinum officium providere. Si autem dictam capellam aliquo casu corruiere seu deteriorari <sup>[7]</sup> contigisset contigerit et idem miles et eius heredes ipsam propriis sumptibus restaurabunt. Tali conditione apposita, quod prior de Vernolio, quicumque pro tempore fuerit in dicta capella per unum de consociis suis cum quodam clerico singulis diebus <sup>[8]</sup> exceptis die parasceves et vigilia pasche propriis sumptibus faciet in perpetuum deserviri, Celebrabit etiam dictus consocius die penthecostes et in sollempnitate omnium sanctorum et in nativitate Domini et in festo beati Vincentii et <sup>[9]</sup> in resurrectione Domini quolibet anno in dicta capella. Ita tamen quod dicta die resurrectionis dominice preter familiam domini predicti videlicet ville Forrarii qui pro tempore fuerit et preter alios qui ob reverentiam dominice resurrectionis <sup>[10]</sup> dicta die a dicto domino fuerint invitati, nullus alius fine siue alia in dicta capella ad divinum officium admittetur. Tenetur etiam dictus prior de Vernolio mittere dictum consocium ad predictam capellam de villa Forrarii a prima <sup>[11]</sup> dominica quadragesime usque ad festum beati Michaelis qui in dicta capella tempore competenti singulis diebus horas canonicas et completorium statutum statim post vespervas celebrabit. A festo vero beati Michaelis usque ad primam <sup>[12]</sup> dominicam quadragesime in sabbatis et in diebus dominicis et in festis novem lectionum tam in vigiliis quam in diebus dictis festis in quibus consueverunt in ecclesia de Vernolio novem legere lectiones et facere per parochiam, a n<sup>ri</sup> mun-<sup>[13]</sup>danis operibus observari. Tenetur dictus prior per se vel per constitutum suum vespervas in dicta capella et completorium dicere ita tempestive quod ante noctis tenebras prossit apud Vernolium remeare. Tenetur nihilominus dictus <sup>[14]</sup> prior per se vel per constitutum suum in dicta capella horas canonicas dicere, tamen si a domino vel a domina fuerit requisitus, et tribus noctibus ante resurrectionem Dominicam quolibet anno in dicta capella in sero tenebrarum officium celebra-<sup>[15]</sup>re et vigiliis festorum istorum, videlicet nativitatem beati Johannis Baptiste et apostolorum Petri et Pauli et assumptionis beate Virginis Marie et qualibet die dominica tenetur dictus prior qui pro tempore fuerit, per se vel per constitutum suum <sup>[16]</sup> ad celebrandam missam praedictis domino et domina de villa Forrarii et eis, qui ad dictam capellam audituri missam accesserint, festa indicare, et etiam memoriam omnium fidelium defunctorum facere et in illa memoria parentes<sup>[17]</sup>tes et amicos defunctos et antecessores dicti domini de villa Forrarii specialiter et proprie memorare. Si vero domina quae pro tempore fuerit in villa Forrarii in dicta capella de villa Forrarii ad purificationem recipi voluerit, <sup>[18]</sup> ibidem benigne et pacifice admittetur. Conditum est enim etiam inter partes quod omnia ad dictam capellam ex dono predecessorum dicti domini contingentia remanent quieti et libera dicto priori et suis successoribus adimplen-<sup>[19]</sup>tibus antedicta ; excepta tamen domo capellanie predictae quae dicto milite et suis heredibus libere et quiete <sup>[adverbes]</sup> in perpetuum remanebit, et excepta iustitia ad vigeriam dicti domini pertinente. Preterea noverint universi <sup>[20]</sup> quod cum prior de Vernolio haberet et perciperet super molendinum dicti domini ville Forrarii unum modium bladi annui redditus scilicet octo sextaria moturengie et quatuor sextaria frumenti, dictus prior medie-<sup>[21]</sup>tatem dicti modii bladi dicto domino ville Forrarii et eius heredibus quitavit penitus et remisit ratione permutationis pro quadam domo cum pertinentiis suis sita in quadruvio apud Vernolium in feodo dicti domini ville For-<sup>[22]</sup>rarii, quam domum cum pertinentiis suis dictus dominus ville Forrarii tradidit dicto priori et suis successoribus pro dicta medietate dicti modii bladi tenendam, exspectandam et in perpetuum quiete et pacifice pos-<sup>[23]</sup>sidendam, quam domum cum pertinentiis dictus miles et heredes sui tenentur dicto priori et suis successoribus de omnibus controversiis defendere et garire. Ita tamen, quod dictus prior qui pro tempore fuerit tenetur <sup>[24]</sup> in perpetuum reddere dicto militi et eius heredibus duos solidos monete currentis annui census in festo beati Nicholai hyemalis. Tenetur etiam dictus miles eiusque heredes dicto priori et suis successoribus seu mansiona-<sup>[25]</sup>rio suo tradere mensuram sine denar<is> et sine aliqua exactione, quotienscumque voluerit vinum vendere in dicta domo, quam etiam domum cum pertinentiis suis dictus dominus emit a quodam homine qui vocabatur Perellus, <sup>[26]</sup> tunc temporis homo suus. Aliam vero medietatem dicti modii bladi sitam super molendinum de villa Forrarii tenetur dictus dominus ville Forrarii eiusque heredes singulis annis predicto priori de Vernolio et suis suc-<sup>[27]</sup>cessoribus reddere sine aliqua contradictione, scilicet tria sextaria in festo omnium sanctorum et alia tria sextaria in pascha Domini. In quolibet etiam festo unum frumenti et duo moturengiae. Hec omnia supradicta <sup>[28]</sup> voluit et concessit antedictus miles pro se et heredibus suis bona fide, quod prior de Vernolio quicumque pro tempore fuerit habeat teneat expectet et prossideat perpetua libertate excepta tamen iustitia ad vigeriam pertinen-<sup>[29]</sup>te. Insuper dictus dominus ville Forrarii pro se et heredibus suis quitavit omnino et remisit priori de Vernolio et suis successoribus duas liberas et dimidiam cere annui redditus quas prior de Vernolio tenebatur <sup>[30]</sup> reddere singulis annis dicto domino ville Forrarii et eius heredibus in festo Nativitatis beate Marie virginis pro quadam pecia terre quae vocatur pratum Naau in feodo Odonis Botart militis in parochia de Vernantes. In <sup>[31]</sup> quarum rerum omnium testimonium pariter et munimen . Nos prefati abbas et conventus presentes litteras sigill< is> no<st>r<is> duximus roborandas. Actum publice et datum ab incarnatione Domini anno millesimo <sup>[32]</sup> ducentesimo sexagesimo quinto mense augusti.